Quaestio Medica Quodlib. Disputaoib. agit. da In Schol. Medicorũ

Stephano Tourmeleno Moderatore Die 21 februarii.

An facultas omnis naalis à Corde?

194

Cor primogenitum sanguineis aiantibus necessarium, Caloris natiui fons, et origo venarum et sanguinis eius principium qui ad viventis nutritionem, accretionem, et procreaonem refertur. alimentum enim quod est pōa quod alitur et partim simile, et partim dissimile, quodque debet esse analogum viventi calidum humidum, dulce, mistum prius praeparatum in ventriculum, eius fibris illectum, eiusque insito, et circumiacentium partium calore coctum (coctio autem quae in vasis fit est perfectio quae à naali proprioque calore ex oppositis fit passivis) et in chylum quo tamen non alitur conuersum per venas mesaraicas et hepate ab intestinis attractum ab eo eodemque cordis calore in quatuor humores specie differentes in hepate conuertitur.

In his humoribus sanguis neque aiatus neque corporis pars morborum maa si vitium fecerit in quamvis febre etiam fluente aluo vomitu, et in hydrope non sine magna Medici prudentia et cautione detrahendus permittitur eo modo quo lac ex sanguine genitus, qui totus venis absumeretur, nisi accessione alimenti resarciretur in aegris cum detrahitur posterior priore saepe purior, et melior continenter procreatur. atque id ad singulas corporis partes nutriendas peruadit, eaque, bonus bonae, malus malae nutrit dum in partium aialis sbaam per poros à calore assiduo agente apertos se insinuans, et mutatur, vere nutritio dicatur mutao ὀμοίωσις qua pars quaedam sbaae viventis generatur ex sbaa alimenti, et facultas altrix quae prima est, et à generandi facultate reipsâ ab augendi verò non item distinguitur, in conuersione alimenti in sbaam partium consistit.

Neque verò satis est viventia nutriri, sed augeantur, et maiorem sibi ad obeundas caloris à corde profecti ope functiones necessariam quantitatem acquirant oportet. facultas igitur auctrix quae numquam perit ea est, quâ vivens fit maius, cuius quidem proprius actus est ~~natritio~~ accretio quae fieri debet aliquo extrinsecus ad omnes partes accedente sed potius in longitudinem quam latitudinem vivumque, et idem vivens in tota accretione etiam secundum compositum maneat oportet. vere accretio definiatur ἐπίδοσις partium solidarum in trinam dimensionem eaque est qua vivens iam formatum in eundemque editum nec non idem permanens à facultate accrescendi per calorem natiuum ex imperfecta ad perfectam magnitudinem perducitur, alioquin ad congruentes naas suas actiones edendas ineptum.

Diuina verò procreandi facultas quae ad speciei conseruaonem refertur, cum in individuo naae necessitate mortali speciei conseruaonem retineat, oium praestantissima iure censetur. animantes autem sanguineas sexum duplici vi praeditum vna quidem immutandi, altera verò conformandi tanquam instrumentum generaois obtinuerunt, cuius virtute aliud producitur in quo individui naa conseruatur. sanguis verò menstruus qui in foemina (quae frigidior et salacior mare est, quaeque patiendi raonem in generaoe obtinet) otiosa vel maxime abundat, et periodice ob lunae praesertim motum singulis mensibus expurgatur, in eo tantum animantium genere reperitur, quod vivum intra se concipit, ex quo vna cum eiusdem foeminae semine non parum foetus generao et conformao adiuuatur, ideoque sanguinis est portio incocta et foeminae minime necessaria.

Porro ex semine foecundo maris cuius maa elaborata à corde per vasa spermatica ad testes defertur ex quibus et vasis eiaculantibus absoluta decidit, et in uterum recta, affatimque emittitur, nec non in ipsa totius corporis commoao, et oium partium impetu ex cerebro, corde, et hepate spiritus genitoris copia non exigua confertur quae naas illi admista virtutem γεννητικὴν et διαπλαστικὴν addit. atque inde suscitata virtus illa in medium se colligit, et inuolucrum δευτέριον appellatum ex amnio allantoide et chorio compactum effingit, et ex vtroque semine vna cum foeminae sanguine simul permistis totum animalis corpus conformatur, et sensim augescit, ista tamen vt masculus foemella celerius perficiatur, ab hoc verò tempore in nonum vsque mensem quo foetus in lucem matre vteroque adiuuantib. exit, partes cunctas firmitatem et robur nanciscuntur.

Ergo facultas oïs naalis à Corde.

Proponebat ~~Lutetiae~~ M. Antonius Capluanus fossanensis A.R.S.H. M.D.LXXXV.

Dñi Doctores disputaturi.

M. Joannes Duretus. Prof. Reg. · M. Jacobus Herault · M. Maturinus Girard.

M. Georgius Cornuty. · M. Joannes le Moyne. · M. Joannes faber Prof. reg.

M. Henricus Blacuod. · M. Hugo Preuosteau. · M. Michael Marescot

BIBLIOTHÈQUE